



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

De Potestate Episcopi. Cap. iv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

DE POTESTATE EPISCOPI,

Cap. IV.

S V M M A R I V M.

- | | | | |
|----|--|----|--|
| 1 | Episcopi duplicem habent potestatem Ordinis, & jurisdictionis. | | & distribuuntur ordines in majores, & minores, & sunt septem, qui imprimunt characterem. |
| 2 | Potestas Ecclesiastica definitio quæ. | | |
| 3 | Potestas Ordinis, in quibus consistat. | 17 | Episcopatus aut sit ordo. |
| 4 | Chrisma conficere, & confirmare est solius Episcopi. | 18 | Ordines quibus ceremoniis conferantur. |
| 5 | Consuetudine præscribi non potest, quod clericus non Episcopus possit Sacramentum confirmationis conferre. | 19 | Clerici comam nutrire prohibentur, & clericaturam de ferre tenentur. |
| 6 | Chrisma duobus conficitur, scilicet, oleo olivarum, & balsamo. | 20 | Ordinationum tempus quando sit. |
| 7 | Confirmationis Sacramentum quomodo differat à baptismo. | 21 | Ordines minores Dominicus, & alii festis diebus simul omnes conferri possunt, secus de majoribus. |
| 8 | Confirmatio quid sit. | 22 | Majores ordines possunt conferri tantum post annum à susceptione postremi, nisi Episcopo aliud videatur. |
| 9 | Chrismatu unctio tripliciter fit in tribus Sacramentis. | 23 | Ordinari nemo potest à non suo Prælato sine literis dimissorius sui Ordinarii. |
| 10 | Effectus Sacramenti confirmationis est impressio characteris plenitudinis Spiritus sancti, conformans nos divina bonitati. | 24 | Episcopi titulares non possunt aliquem ordinare absque Ordinarii licentia. |
| 11 | Sacramentum confirmationis reiterari non potest. | 25 | Mendicare non decet sacri ordinibus initiatos, neque aliquem sordidum quæsum exercere. |
| 12 | Baptismus est fundamentum, & janua omnium Sacramentorum. | 26 | Ordinibus sacri initiari nemo potest sine titulo. |
| 13 | Confirmati majorem gratiam consequuntur, quam non confirmati. | 27 | Ordinibus pro collatione nihil accipi potest, & quid de notariis pro dimissorialibus. |
| 14 | Confirmationis Sacramentum ex Papa delegatione à simplici presbytero conferri potest. | 28 | Duo sacri ordines eodem die conferri non possunt. |
| 15 | Confirmationis Sacramentum inducit impedimentum cognationis spiritualis. | 29 | Intervalla temporis in singulis ordinibus quæ sint servanda. |
| 16 | Ordo est unum ex septem Sacramentis. | 30 | Insans ad ordines promoveri non potest, & dicitur insans, qui nondum septennium excefferit. |

- 31 Attingere annum legitimum sufficit in ordi- 2 num. 23, lib. 1. quæ generaliter sumpta † est
dinum susceptione. potestas à Christo instituta immediate, &
32 abbatissa non minor 40 annis, & quæ supernaturaliter ad gubernandum fideles
octo annis post expressam professionem secundum legem Evangelicam in super-
laudabiliter vixerit, eligi potest. naturalibus, & quatenus ad illa est opus
33 Inquisitorum legitima ætas est 40 anno- etiam in naturalibus, Navar. in d. relect.
rum. cap. novit, not. 3, num. 81, vers. 17.
- 34 Ordinum impedimenta quæ & qualia 3 Potestas ordinis, † quæ uti dignior est
sint. præmittenda, cõsistit in chrisimatis, & olei
35 Bigamus ad ordines promoveri non potest. infirmorum confectio, frontis chrisma-
36 Bigamia est triplex, vera, interpretati- tione, ordinum collatione, & ecclesiarum,
va, & similitudinaria. altarium, vasorum divino cultui dicato-
37 Bigamia vera, quæ sit. rum, Abbatum, Abbatissarum, & Virginum
38 Bigamia interpretativa quot modis con- consecratione, vestium, mapparum, alio-
trahatur. rumque paramentorum, & campanarum
39 Bigamia similitudinaria quæ sit. benedictione, earundemque ecclesiarum,
40 Bigamus quare ab ordinibus arceatur, ac cæmeteriorum pollutorum reconcilia-
quatuor rationibus probatur. tione, cap. quamvis, 68, distin. gloss. fin. in
41 Minor ordinatus ordines sacros recipit, cap. transmissa, de elect. gloss. penult. in cap.
sed executio usque ad legitimam ætatem aqua, & ibi Abbas num. 2, & 8, de consecr.
est suspensa. Eccles. vel alta, gloss. 1, in cap. quia pericu-
42 Ordinatus extra tempora est suspensus, losum, de sent. excom. in 6. Abb. in cap. quan-
donec à Sede Apostolica fuerit dispensa- to, nu. 3, de consuet. & Conc. Trid. cap. 4, &
tus. can. 7, de sacr. ord. sess. 23.
- 43 Reges & Regina, & quomodo inungan- 4 Solius autem Episcopi est † chrisma cõ-
tur, coronentur. ficere, cap. illud, 95, distin. cap. si iubet, 26.
44 Episcopi quomodo consecrentur. q. 6. & in Cæna Domini quolibet anno est
45 Abbates, Abbatissa, & Virgines quomodo conficiendum, & vetus intra ecclesiam est
benedicantur, & consecrentur. exurendum, cap. litteris, de consecr. dist. 3.
46 Campana ordinis Episcopalis potestate & cum chrismate in fronte signare est tan-
benedicuntur, & quomodo. tum Episcoporum, quibus spectat bap-
47 Degradatio sit etiam potestate ordinis E- tizatos confirmare, cap. presbyterus primo,
piscopalis. de consecrat. 4. dist. Ita quod nec præscri-
48 Episcopi, quæ sunt ordinis Episcopalis, a- 5 ptione † possunt presbyteri nec Episcopi
lijs demandare non possunt. acquirere jus Sacramentum confirmationis
ministrandi, ut cap. quanto, de consuet. &
Covar. lib. 1, var. resolut. cap. 10, num. 14. &
sicut aqua est materia baptismi, ita chris-
ma est materia confirmationis, sine quo
conferri non potest, ut in cap. 1, §. penult.
de

E piscopi † duplicem habent potesta-
tem, Ordinis, & Jurisdictionis, Na-
varr. in relect. c. novit, not. 2, num. 83, vers.
quibus addo, de jud. so. 2, & Burlat. cons. 125,

de sac. vñt. & cap. novissime, de consecr. dist. † Duo enim sunt in chrismate, scilicet oleum olivarum, & balsamum, Graff. decis. aur. par. 2, lib. 1, cap. 5, num. 10. si vero per errorem quis non chrismate, sed oleo tantum deliniretur, non esset Sacramentum iterandum, sed tantum caute chrismate supplendum, Innoc. in cap. 1, de sacram. non iter. quem sequitur Covar. eod. cap. 10, n. 4.

7 Confirmationis † autem Sacramentum differt à baptismo, qui est necessarius ad salutem, non autem confirmationis sacramentum, quod tutius sine peccato potest omitti, quam ab iis, quibus id conferre non licet, ex temeritate assumatur, ut inquit tex. in eod. cap. quanto, de consuet. 8 † Est enim confirmatio consignatio facta cum chrismate in fronte baptizati ab Episcopo cum certa forma verborum ad audacter cōfitendum nomen Christi, Graff. decis. aur. par. 2, lib. 1, cap. 5, num. 1. forma autem verborum est; Signo te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis: ita definitur à S. Thom. art. 3, S. Bonav. art. 1, q. 1, & Rich. q. 2, art. 4.

9 Chrismatis vero unctio tripliciter fit, † in tribus Sacramentis, quorum diversitas ex fine accipitur, quia in baptismo fit in vertice, ad significandū fidei susceptionē, quia vertex est locus cellulæ rationalis, ac per modum crucis, ut per crucem Redemptoris bona accepta in baptismo obtine- 13 re cognoscamus. In confirmatione fit in fronte, ad significandū audaciam confessionis, cujus impedimentū, scilicet, timor, & verecundia magis manifestatur in pallore, & rubore frontis, ex propinquitate cellulæ imaginariæ, fitque in modum crucis, ut in crucifixo, & per crucifixū sit to-

ta spes, & fiducia confirmato, ut in tentationibus suis recogitet eum, qui talem sustinuit passionem, cap. 11, ad Hebr. In ordine vero fit in manibus ad significandum potestatem consecrandi corpus Christi, ut post Petr. 4, dist. 7 q. 3, art. 3. tenet Graf. d. cap. 5, num. mibi 13. † Effectus autem Sacramenti confirmationis est, quod per illius collationem ita imprimitur character, quemadmodum in baptismo imprimitur character fidei, conformans nos divinæ sapientiæ, & in ordine character potestatis conformans nos divinæ potentia, ita in confirmatione imprimitur character plenitudinis Spiritus sancti, conformans nos divinæ bonitati, daturque per confirmationem plenitudo copiae gratiae ad fortiter resistendū contra pressuras mundi, & quod in hoc Sacramento Spiritus sancti gratia augeatur, ut cōfirmemur ad pugnandum, probat tex. in c. 2, & c. novissime, de consecr. dist. 5. † Et, quia hoc Sacramento imprimitur character, reiterari non potest, c. dictum, cum seq. de consecr. ead. dist. 5. Ut enim quis illud recipere possit, requiritur, ut sit baptizatus, quia, nisi baptismus præcedat, nihil reciperet, cum baptismus sit fundamentum, † & janua omnium Sacramentorum, ut c. 1, & c. veniens, de presbyter. bapt. & gloss. fin. in eod. c. quanto, de consuet. Licet autem Sacramentum confirmationis sine peccato omitti possit, d. c. quanto, de consuet. † Tamen pueri confirmati majorem gloriam consequuntur, quam non confirmati, quemadmodum in præsentī majus obtinent augmentum gratiae, cap. 2, de consecr. dist. 5. & gloss. fin. in c. ut jejuni in ead. dist. & quamvis Episcopis, & non inferioribus liceat Sacramentum cōfirmationis ministrare, nec facta.

culata.

cultatem illud ministrandi possint solis
 14 presbyteris delegare, tamen ex delegatio-
 ne Papæ simplex sacerdos baptizatus con-
 firmationis Sacramentum potest ministra-
 re, *glos. 1. in eod. c. quanto, in fine, de consuet.*
 & ex administratione Sacramenti confir-
 15 mationis ꝑ oritur impedimentum cognati-
 onis spiritualis impediens matrimonium
 contrahendum, & dirimens contractum, 18
 Conc. Trid. *cap. 2. de resor. sess. 24*

16 Ordo vero ꝑ est proprie unum ex sep-
 tem Ecclesiæ Sacramentis à Christo Do-
 mino institutum, Conc. Triden. *cap. 3. &*
can. 3. de sacr. ord. sess. 23. Fuerunt distribu-
 ti ordines in majores, & minores, ut dig-
 nius, & majori cum reverentia sancti sa-
 cerdotii ministerio possit deserviri, *c. 2. &*
can. 2. ead. sess. qui in Ecclesia militante
 sunt septem, videlicet Ostiarius, Lecto-
 ratus, Exorcistatus, Acolythatus, & hi di-
 euntur minores, Subdiaconatus, Diaco-
 natus, & Presbyteratus, qui sunt majores,
 & sacri, à quibus retrocedere non licet,
c. erubescant, 32. dist. & Dec. in c. cum in
cunctis, n. 2. de elect. & ordines imprimunt
 characterem, atque in eorum collatione
 accipitur Spiritus sanctus, *c. consultationi*
de temp. ord. & ca. 4. de sacr. ord. sess. 23.

17 Sed, quoniam ꝑ queritur inter Theolo-
 gos, & Canonistas, an scilicet Episcopatus
 sit ordo, & nonnulli secundum eorum re-
 ceptionem sententiam, tenent opinionem
 affirmativam. Illa procedit, quatenus or-
 do dicitur officium quoddam, & potestas,
 respectu quarundam sacrarum actionum,
 quæ sacerdoti non cōpetunt; non autem,
 quod censeatur verus ordo distinctus ab
 aliis, quatenus est Sacramentum, & cha-
 racterem imprimit, cum non habeat Epi-
 scopus majorē, aut distinctam potestatem

supra corpus Christi verum, quàm Sacer-
 dos simplex, quapropter Episcopatus pro-
 prie ordo non est distinctus à Sacerdotio:
 & ita post S. Tho. n. in 4. *sent. dist. 24. q.*
3, art. 2. & Ricard. Palud. *q. 7.* Sylvestr.
 Cajet. & Abb. in *cap. ex litteris, de excess.*
Prelat. ac alios, quos citat, distinguit, &
teacet Covar. d. cap. 10. num. 15.

18 Presbyter ordinandus ꝑ stola utroque
 humero ambitur, & Episcopo eum bene-
 dicente, & manum super caput ejus te-
 nente, etiam omnes presbyteri præsentis
 manus suas super caput illius ponere de-
 bent, *c. presbyter, cum seq. 23. dist.* & dum
 ipse consecrat, cunctis sacerdotibus sin-
 gillatim dicit, consecrare, & sanctificare
 digneris manus istas per istam unctiōe,
 & nostram benedictionem, ut, quæcunque
 benedixerint, benedicantur, & quæcunq;
 consecraverint, consecrentur, & sanctifi-
 centur in nomine Domini N. Jesu Christi,
 ut in Pont. Rom. jussu Clement. VIII. nu-
 per edito, *folio 66. & cap. generaliter, S.*
utrisque enim, 16, q. 1. Diacono, dum or-
 dinatur, solus Episcopus, qui eum bene-
 dicit, manus super caput ponit, quia non
 ad sacerdotium, sed ad ministerium con-
 secratur, *c. Diaconus, 23. dist.* Subdiaconus
 manus impositionem non accipit, sed ca-
 licem vacuum cum patena, vacua super-
 posita ab Episcopo porrectum dextera ma-
 nu tangit, & de manu Archidiac. tangit
 urceolos cum vino, & aqua, ac bacile cum
 manutergio, *cap. Subdiaconus, ead. dist.* &
 antiquitus Subdiaconatus non erat ordo
 sacer, *cap. nullus in Episcopatum, 60.*
dist. inter eos fuit postea connumeratus,
cap. erubescant, 32. dist. & cap. à multis de
arat. & qualis. Acolythus, dum ordinatur,
 ab Episcopo est docendus, & qualiter in
 officio

officio suo se gerere debeat, & tangit candela-
delabrum cum candela extincta ab Episcopo
potrectum, ut sciat, se ad accendenda
Ecclesiæ luminaria mancipari, & urceol-
um vacuum ad suggerendum vinum in
calicem, *cap. Acolythis, 23. dist.* Exorcista
accipit de manu Episcopi libellum, in quo
scripti sunt exorcismi, dicente sibi Episc.
Accipe, & commenda memorie, & habe
potestatem imponendi manus super ener-
gumenos, sive baptizatos, sive cathecu-
menos, *c. Exorcista, ead. dist.* Lector cum
ordinatur, Episc. facit de eo verbum ad
plebem, postea tradit ei codicem, in quo
lecturus est, dicens: Accipe, & esto relator
verbi Dei, habiturus, si fideliter, & utiliter
impleveris officium tuum, partem cum iis,
qui verbum Dei bene administraverunt ab
initio, *cap. lector, ead. dist.* Ostiarius cum
ordinatur postquam ab Archidiacono in-
structus fuerit, qualiter in domo Dei de-
beat conversari, ad suggestionem Archid.
tradit ei Episc. claves Ecclesiæ de altari,
dicens: Sic ages, quasi redditurus Deo ra-
tionem pro his rebus, quæ his clavibus
recluduntur, *c. Ostiarius, ead. dist.* & in
cod. Pont. ubi de omnibus Ordinibus ha-
betur.

19 Clerici ꝛ comam nutrire prohibentur,
quorum caput desuper in modum sphæ-
ræ rasum esse debet, *cap. psalmista, cum
duobus seq. ead. 23. dist. cap. 1.* quod de
omnibus ordinibus tradit, *25. dist.* Or-
dinum autem ministeria, nisi per consti-
tutos in eisdem ordinibus exerceri non
possunt, ut capit. Acolythus, *cap. Exor-
cista, c. lector, cap. Ostiarius, cap. Psal-
mista, 23. dist. cap. illud, in cap. singulis,
cap. quicumque, 77. dist.* & Conc. Tri-
dent. *cap. 17, de reform. sess. 23.* Clerici

verò conjugati non bigami in ministeriis
quatuor minorum ordinum se possunt
exercere, *cod. c. 17. de reform. sess. 23.* &
sine examine ordinati sunt deponendi,
cap. ult. 24. dist.

Tempus ordinationum ꝛ regulariter est
quodlibet sabbatum quatuor Temporum,
sabbatum præcedens Dominicam Passio-
nis, & sabbatum sanctum, *cap. sanè, & ca-
pit. de eo de temp. ord.* & ibi Abb. *num. 1.*
& Conc. Trid. *cap. 9. de reformat. ead. sess.
23.* Quatuor temporum jejunia celebran-
tur, primum in initio Quadragesimæ, se-
cundum in hebdomada Pentecostes, ter-
tium in Septembri, & quartum in Decem-
bri, *cap. statuimus, 76. dist.* & ordinantes,
ac ordinandi jejuni esse debent, *cap. quod
à patribus, & cap. sequenti 75. dist.* ꝛ Mi-
nores ordines Dominicis, & aliis festivis
diebus simul omnes Episcopi conferre
possunt, *c. de eo, junct. gloss 2.* & ibi Abb.
nu. 1, de temp. ord. non tamen omnibus, sed,
si ita Episcopo visum fuerit expedire, &
iis, qui saltem latinam linguam intelligant,
c. 11. de reso. sess. 23 ꝛ Majores verò tantum-
modò temporibus supradictis, & post an-
num à susceptione postremi, nisi necessi-
tas, aut Ecclesiæ utilitas, judicio Episc. a-
liud exposcat, ita quòd judicio Episc. qui
ab interstitiis ex causa potest dispensare, est
relictum, *d. c. de eo, cum ibi not. eo. c. 11. de
res. sess. 23.*

Ordinari ꝛ nemo potest à non suo Præ-
lato sine litteris dimissoriis sui Ordinarii
prævio examine excessis, alioquin ordi-
nans à collatione ordinum per annum, &
ordinatus à susceptorum executione
quàm diu proprio Ordinario videbitur ex-
pedire, est suspensus, *cap. 1, & 2, 9, 2, c.
1, & 2, 21, 9, 2, cap. 2, & 3, de temp. ord. in 6.*

E

& Conc.

- & Conc. Trid. *cap. 3. & 8. de reform. sess. 23.* minusque familiarem non subditum, nisi per triennium secum fuerit commoratus, potest Episcopus sine sui Ordinarij dimissoriis ordinare, & tunc illi statim beneficium conferre tenetur, Conc. Trid. *c. 9. de reform. de sess. 23.* & ex causa occulta potest Ordinarius ascensum ad ordines superiores ordinatis interdiceret, *cap. ad aures, de temp. ord. & Conc. Trid. cap. 1. de reform. sess. 14.*
24. Episcopi ¶ Ecclesiasticum, quæ in partibus infidelium consistunt, qui titulares vocantur, etiam si in loco nullius diocesis, etiam exempto, aut in aliquo monasterio cuiusvis ordinis residerint, aut moram traxerint, vigore cuiusvis privilegij, etiam prætextu familiaritatis, & continuæ commensalitatæ suæ absque proprii Prælati expresso consensu, aut litteris dimissorijs, sub eisdem pœnis aliquos ordinare non possunt, Concil. Trid. *cap. 2. de reformat. eadem sess. 14.*
25. Sacris ordinibus ¶ initiatos non decet mendicare, nec aliquem sordidum quæstum exercere, *cap. Diaconi sunt, h. mendicat infelix 93 dist.* & ideo ad eisdem ordines factis promoveri nemo debet, ¶ nisi beneficium ecclesiasticum, aut patrimonium, vel pensionem habeat, quibus se commode possit sustentare, *cap. neminem, c. Sanctorum 70, dist. & Conc. Trident. in cap. 2. de reformat. sess. 21.* ¶ Ordinum autem collatores, eorumque ministri nihil pro collatione ordinum capere possunt, *c. sicut Episcop. 1, q. 2, c. 1, de simo.* nec etiam à sponte offerentibus, Conc. Trid. *cap. 1. de reformat. sess. 21.* Notarii tamen in locis, in quibus non viget consuetudo nihil accipiendi, pro singulis litteris dimissorijs,
- aut testimonialibus decimam partem usui aurei accipere possunt, ut *eodem c. 1, sess. 21.*
29. Duo sacri ordines, ¶ eodem die conferri non possunt, quibusvis privilegijs & indultis concessis non obstantibus, *cap. litteras, & cap. dilectus, de temp. ord. & Conc. Trident. cap. 13, de reform. sess. 23.* Temporis intervalla, & ætate singulis ordinum gradibus antiquitus præscripta, ut *cap. in singulis cum omnibus seqq. 77, dist. penitus sublatis, ætas impedit promotionem.* Infans enim ¶ promoveri non potest ad primam tonsuram, *cap. ult. & ibi gloss. in ver. infanti, de temp. ord. in 6.* & infans dicitur, qui septimum annum non explevit, gloss. in *cap. de his in verbo infantia, 28, dist. & Alexand. in l. si infanti, nu. 1, c. de jur. delib.* Ad Subdiaconatus ordinem ante 22, ad Diaconatus ante 23, & ad Presbyteratus ante 25. ¶ (ux ætatis annum nemo potest ordinari, Conc. Trid. *c. 12, de reformat. sess. 22,* & sufficit per diem annum attingisse cum, completo, & elapso 24 ante 25. dici non possit, & sic de reliquis, gloss. in *cap. cum in cunctis, in ver. exegerit,* ubi est speciale in Episcopo, quod annus sit completus, & in alijs inferioribus sufficit attingisse, & ibi Abb. *nu. 6, de elect. & gloss. in Clem. generali in ver. in decimo octavo, de atar. & qualit.* ¶ Abbatis non minor 40. annis, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit, eligi debet, & si his qualitatibus non reperitur, ex his, quæ annum trigessimum excesserint, & quinque annis post professionem rectè vixerint, eligi potest, *c. indemnitatibus, de elect. in 6. & Concilium Trid. cap. 6, de reform. sess. 25.* ¶ Inquisitor hæreticæ pravitatis minor annis

40: regulariter creati non potest, clemens nolentes, in princ. de hæret.

34 Nativitas † impedit etiam promotionem, quia illegitimè procreati, absque dispensatione ordinari non possunt, *cap. 1, & c. litteras de fil. presb. & ibi Abb. num. 3, cap. si is eod. tit. in 6, & cap. 1, & 2, 56, distinct.* Corporis vitium, super quo Episcopus dispensare non potest, Innocent. in *cap. 1, in sine de corpor. vit.* & habetur in *cap. 1, 49, distinct.* non ordinantur viciati corpore, dum vitium scandalum generat in populo, ut propter maximum gibbum, qui est valde claudus, habens in oculo maculam, mutilatus manu, qui virilia, non ægritudinis causa, sibi fecit abscindi, qui partem digiti volens sibi ipsi abscidit, cui medietas palmæ cum duobus digitis est abscissa, qui morbo incurabili laborat, & qui digiti partem in dæmo amisit, *cap. maritum 33, distinct. c. si quis absciderit, 36 cap. qui partem, c. si quis pro ægritudine 55, dist. c. 2, c. significavit, c. exposuisti, de corp. vit. c. presbyterum, c. de rectoribus, c. tua nos; & cap. ex parte de cler. agrot. & debil.* An autem vitium inducat detor-
37 mitatem, quæ scandalum pariat, relinquatur arbitrio Ordinarii, *d. c. 2, & ibi gloss. penul. & ult. de corp. vit.*

38 Crimina, ut qui usuras accepisse evincuntur, in scæna lussisse noscuntur, qui publica pœnitentia crimina deservit, qui aliquando in furiam versus insanivit, & simoniacus, *d. cap. maritum, 33, dist. qui homicidii facto, aut præcepto, aut consilio conscius existit, & apostata, cap. si quis viduam, cap. studeant, cap. pœnitentes, cap. 39 ex pœnitentibus, cap. illud quoque, & cap. hi qui. 50, dist.*

Administratio aliorum honorum impe-

dit promotionem, cum quis ad ratiocinia est obligatus, *cap. unic. de obligat.* ad ratio. ord. vel non, præsertim falsi decoctores, qui ultimi supplicii, & ea pœna, qua fures ipsi de jure, vel consuetudine, aut particulari, vel municipali statuto plecti solent, puniri debent, Pius V. constit. 116. quæ incipit: Postquam bigamia † cum quis duas duxit uxores, aut cum vidua contraxit matrimonium, *cap. curandum cum seq. 34, dist. cap. 1, & cap. bigamis de big. conditio.* bigamia impedit, ne quis possit ordinari, & est impedimentum ordinis, quia bis conjugatus non potest apte significare unionem Jesu Christi cum Ecclesia unica, & sancta tua sponsa, quam excellentia Sacramenti ordinis meretur, *cap. acutus, & cap. una, 26, dist. gloss. in cap. debitum, in ver. sacramentum, de big. & Navar. in cap. 27, de pr. spec. irreg. num. 195, som. 3.*

36 Triplex est bigamia, † scilicet vera, interpretativa, & similitudinaria, *gloss. in c. 2, de bigam. Rota decis. unic. num. 7, 8, & 9, eod. tit. in no. Navar. d. num. 195, vers. 2, & Graff. decis. aur. cap. 27, nu. 38, par. 1, lib. 4.*

37 † Vera bigamia est ejus, qui successive duxit duas uxores virgines, unam post mortem alterius, etiam, si antequam fuisset Christianus, ipsas ambas, vel alteram tantum habuisset. † Interpretativa quatuor modis contrahitur per violationem castitatis promissæ contrahendo cum vidua, vel corrupta, contrahens diversis temporibus cum una de jure, & cum alia de facto, & qui scienter cognovit uxorem adulteram, *gloss. in d. cap. 2, in verb. in bigamis, & similitudinaria est, † quam incurrit ordine sacro insignitus, vel voto solenni adstrictus cum aliqua etiam unica virgine contrahens, & consumans, Navar.*

- d: c: 27, n: 195. Graff d: c: 27, n: 38. & Rot. d: decis: 1, n: 9.* licet enim bigamus ad ordines promoveri non debeat, tamen promotus recipit characterem, *cap. quicumque, 50, dist: gloss: in d: cap: 2, in ver: dispensare, in fine, de bigam. & Graff. decis. sur. cap. 1, num. 24, par. 2, lib. 1.* sed non habet ordinis executionem, ut ibi.
- 40 Quatuor assignantur rationes, † quare bigamus ab ordinibus arceatur, prima propter defectum sacramenti unitatis, cum carnem suam in plures divideret; secunda propter prerogativam ordinum; tertia propter signum incontinentiae cum uxore mortua, si aliam duxerit; & quarta, quia frequentator conjugiorum non habet frontem alios hortandi ad viduitatem, *in capit. una, dist. 26: & Graff. d: cap: 11, nu. 23.* Neque promoveri potest, si quis servilis est conditionis, *cap: nullus, cap. nulli, cap: quinquenque, cap: servorum, cap. si quis, & cap. ultim: 54, dist.* nec Monachus sine consensu Abbatis, *cap. nullus, & cap. si quis, 58, 41 dist: †* Minores si ordinantur, ordines sacros recipiunt, sed executione usque ad legitimam aetatem est suspensa, *cap. pueri, cum gloss. 2, q: 1, cap: vel non, cum gloss. de temp: ord: cap: 2, de et: & qual: & gloss. 2.*
- 42 *in fine, in clem: fin: eod: tit †* Ordinatus extra tempora est suspensus, donec a Sede Apostolica fuerit dispensatus, *cap: cum quidam, & cap. literas, de temp. ord.* quae suspensio est inducta ipso jure, & qui suspensione hujusmodi durante, in eisdem ordinibus ministrare praesumpserint, irregularitatem incurrunt, & beneficiis ecclesiasticis possunt jure privari, Pius II. *Constit. 6. Cum ex sacrorum, in Bull. Rom.*
- 43 Ordinis Episcopalis † potestate etiam Reges, & Reginae oleo cathecumenorum inunguntur, & coronantur die Dominico, triduo jejunio devote peracto per hebdomadam praecedentem, videlicet quarta, & sexta feria, & sabbato praecedente, ipsis praeparatis pro sanctissimo Eucharistiae Sacramento fumendo in metropolitana, sive alia cathedrali ecclesia, ubi solemnitas celebratur, astantibus pluribus Episcopis Regni, emissis prius a Rege flexis genibus coram eodem Metropolitano professione juxta formam, de qua in Pont. Rom. Clement. VIII. jussu edito, *fol. 228.* & pro consecratione Metropolitanus intingit pollicem dexterae manus in oleo cathecumenorum, & jungit in modum crucis Regis brachium dexterum, inter juncturam manus, & juncturam cubiti, atque inter scapulas, in eodem Pont. *fol. 231.* & deinde eidem enssem praebet, coronam capiti illius imponit, & sceptrum regale dat, ut ibidem *fol. 234, & 236.* eodemque modo cum injunctioe brachii dexteri benedicatur Regina, cui etiam corona capiti imponitur, ut in eod. Pont. *fol. 250, & 251.*
- 44 Eadem ordinis potestate † a Metropolitano, astantibus saltem duobus Episcopis, consecrantur Episcopi, praestito prius per eos juramento in manibus ejusdem Metropolitanus ad praescriptam in eodem Pont. formam, *fol. 79.* & adhibitis solemnitatibus, & ceremoniis, quae ibi sequuntur.
- 45 Abbates vero † eadem forma benedicuntur, & consecrantur, de qua in eodem Pont. *fol. 122, & seqq.* Et quia de benedictione, & consecratione Abbatissae, & virginum dantur formae, in eodem Pont. *fol. 170, usque ad fol. 223.* de his haec obitet mihi dixisse sufficiat.
- 46 Campanae etiam † ordinis Episcopalis potestate benedicuntur, in qua requiritur oleum

- oleum sanctum infirmorum, sanctum
 chrisma, thymiana, thus, myrrha, & thu-
 ribulum cum igne, adhibitis quampluri-
 mis exorcismis, & solemnitatibus de qui-
 bus in dict. Pont. Roman. fol. 515. cum
 pluribus seqq.
- 47 † Degradatio fit etiam potestate ordi-
 nis Episcopalis, & Episcopus, non autem
 inferior potest ab ordinibus degradare,
- capit. degradatio, de pœnit. in 6. & Con-
 cil. Tridentin. cap. 4. de reformat. sess. 13.
 nec hanc potestatem potest Episcopus
 inferioribus demandare, † quia licet Epi-
 scopus committere valeat, quæ jurisdic-
 tionis existunt, quæ ord' s Episcopalis
 sunt, non potest inferiori gradus clericis
 demandare, capit. aqua de consecrat. ec-
 cles. vel Altar.

DE CONSECRATIONE ECCLESIAE, vel Altaris. Cap. V.

S V M M A R I V M.

- 1 Consecratio Ecclesiarum pluribus ex cau-
 sis fuit instituta.
- 2 Consecratas Ecclesias frequentare, & in
 illis orare debemus, ut orationes sint
 magis grata.
- 3 Consecratio Ecclesiarum tam ex veteris
 quam ex novi testamenti præceptis fieri
 debet.
- 4 Consecrantur Ecclesia ab Episcopis pluri-
 bus de causis, & sine Episcoporum li-
 centia edificari non possunt.
- 5 Consecrans Ecclesiam indotatam de suo
 proprio in defectum fundatoris dotare
 tenetur.
- 6 Ecclesia pluribus casibus reconciliantur.
- 7 Ecclesia polluta, etiam cimiterium con-
 tiguum est pollutum, & non e contra.
- 8 Ecclesia reconciliatio quomodo fiat.
- 9 Consecratio, & reconciliatio non, nisi ab
 Episcopis fieri potest.
- 10 Reconciliatio Ecclesia non consecrata, &
 cimiterij quomodo fieri debeat.
- 11 Consecratio Altaris in quibus consistat, &
 quibus ex causis consecratur.
- 12 Altare, nisi ab Episcopo, aut Episcopi man-
 dato execrari, vel destrui non debet.
- 13 Paramenta, & vasa sacra vetustate con-
 sumpta, non sunt ad usus prophanos
 vertenda.
- 14 Calicem non, nisi de auro, vel argento,
 licet consecrare.
- 15 Virgines per Episcopum, & non per infe-
 riorem possunt consecrari.
- 16 Procuratio, an debeatur pro consecratio-
 ne.
- 17 Procuratio praestatur in signum superio-
 ritatis.
- 18 Episcopus cujus expensis debeat Ecclesiam
 pollutam reconciliare.
- 19 Ecclesia regularis polluta cujus sumptibus
 sit reconcilianda.
- 20 Commodum sentire debet, qui sentit in-
 commodum.